

**www.e-rara.ch**

**Ioannis Marianae E Societate Iesv Scholia In Vetvs Et Novvm  
Testamentum**

**Mariana, Juan de**

**Parisiis, M. DCXX**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-125142>

Epistola ad Ephesios.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ponite. Vestralenitate facite, vt se humiliet. *Considerans*. i. cauens tibi, ne in idem aut simile delictum incidas. *Considerans pro*, considerantes.

2. *Alter alterius onera portate*. De verbis *βασίλειος & φιλίππων*, quomodo non solum ferre, sed auferre significant ex Tert. & Bas. dictum est Matth. 8. v. 17.

Sanè culpas aliorum ferendo mansuetudine sæpè tollimus: *Sic implebitis legem Christi*. Lex Christi charitas est Ioan. 15. v. 12. Et ne quis ex superbia fratris imbecillitatem non curaret, addit:

3. *Si quis existimat*, nihil sumus.

4. *Opus autem suum*, se examinet. *In semetipso*. i. in sua conscientia poterit gloriari, si quid s. boni fecit. 2. ad Corint. 1. v. 12. gloria nostra est testimonium conscientie nostrae. *Et non in altero*. i. non comparatione eius qui deliquit. Græc. clarius, & non in alterum, vt Phariseus contra publicanum.

5. *Onus suum portabit*. Quisque suos patitur manes, & delicta habet, ne in seletur contra alium.

6. *Communicet*. i. qui instituitur, operatio, catechistæ, ne victum neget tribuat, potius omnia necessaria. Neque inopiam excusetis. Nouit Deus quæ habetis; non irridetur, nec fallitur.

8. *Quæ cœcum seminauerit*, messis respondet semeri-

A ti. Si in vitia expenditis, metetis corruptiohem & mortem. Si in spiritu. i. in bonis, quale est ministri alimentum, merces erit vitæ æterna.

9. *Non deficiamus*. i. non desistamus, aut non defatigemur. Syr. ne tædio sit bonum, sic enim tempore suo metemus.

11. *Qualibus*, quantis literis scripsi. i. quæ prolixis, si consideratis mea manu scriptas. Sûma est earum.

12. *Quicumque enim*. Enim redundat, nec est Græc. nec in Reg. aut Louan. *Volunt placere*. s. Iudæis. *In carne*. i. per carnis circuncisionem id agunt. *Vt in carne*, quasi victoria parta ob susceptam à vobis carnis circuncisionem gloriantur triumphent Iudæi.

B 14. *Mibi mundus crucifixus*. Mundus me spernit, & ego mundum.

15. *Nova creatura*. i. homo fide & baptismo inuatus, id tantum Christo placet, non circuncisio.

16. *Super Israel Dei*. i. veros Christianos pax erit.

17. *Nemo mihi molestus sit* inconstantie. s. arguens, quasi modò probem, modò reijciam legem. Nam persecutiones, quas patior à Iudæis, ea *Stigmata*. i. quasi notæ, quæ seruis imprimuntur, signa sunt meæ voluntatis & doctrine. *Stigmata nota* alicui inusta est.

# EPISTOLA AD EPHESIOS.

## CAPVT PRIMVM.



*Er voluntatem Dei*. i. gratiam Apostolus *Omnibus sanctis*. i. fidelibus, nō omnibus Ephesinis scribit. *Ephesi*. Ephesus Ionie vrbs Asiatica, Dianæ celebri templo famosa, de-dita idolatriæ. Act. 19. v. 13. Ambr. epist. 16. hanc Pauli

epistolam redegit in compendium.

2. *Benedictus Deus*. Inchoat à gratiarum actione, vt vocationis beneficij magnitudinem commendet.

*Et pater*, pro, qui pater, vt Genes. 9. v. 13. Ponam arcum meum, & erit in signum pro, qui erit. *In caelestibus*, quo ad res cœlestes benedixit nos. Iudæis in terrenis benè dixit. *In Christo*. i. per Christum.

4. *Sicut elegit nos in ipso*. i. per ipsum Christum. *Vides* quatuor prædestinationis causas, efficientem Dei electionem. Meritoriam Christum. Formalem adoptionem. Finale vitam æternam. *Immaculati*, seu vt inculpati. *In conspectu eius*. i. vere sine fictione essemus. *In charitate*. i. per charitatem, ea est vera sanctitas.

5. *In ipsum*. *eis autem*. i. sibi prædestinauit nos in suam amicitiam. *In laudem gloriæ*, pro in laudem gloriosam suæ gratiæ. *In dilecto filio suo*, filio suo nō est Græc. neque Syr. Reicit Hieron. in comm. negatque haberi in Latin. cod. Consentiant Chrysoft. & alij Græci expositores. Vnus Velef. id addit. Dixisset vnde.

8. *In omni sapientia*. i. cum omni sapientia, quam vnà cum gratia contulit nobis.

9. *Vt notum faceret sacramentum*. i. mysterium absconditum. Illud est, quod sequitur velle per Christum omnia instaurare, siue recapitulare *ἀνακαταστήσει*. i. illi omnem potestatem conferre.

C 10. *In dispensatione*. Græc. Syr. Goth. in dispensationem. i. quo tempore ipse disposuit, vt hæc instauratio fieret.

11. *Sorte vocati sumus*, pro, in sortem. s. eorum, quæ instaurantur.

12. *In laudem gloriæ*. i. finis occasio, & argumentum laudandi, & glorificandi Deum.

13. *In quo signati estis*, seu sigillati estis nota inusta, vt pectus Christi *ἐσφραγίσθητε*. Idque

14. *Spiritu*, quem. s. accepistis. *Qui est pignus*. Græc. *ἀρραβὼν* pignus, & pars mercedis. *In redemptione acquisitionis*. i. quo pignore certi sumus nos redemptos esse, & acquisitos Deo. Propterea ego audiēs

15. *Fidem*, iungit eam cum dilectione, alioqui vana est. i. mortua. *Gratias agens*, pro agere gratias non cesso pro vobis.

D 17. *In agnitione*, pro, in agnitionem. i. vt eum agnoscat. s. Christum. Oro igitur

18. *Illuminatos*, supple ex superiori. v. det, aut faciat illuminatos oculos. *Vt sciatis*, quæ sit spes in sanctis. s. quam spem sancti & fideles habent.

19. *Et quæ sit supereminens*. i. excellēs virtus, quam in nostra conuersione ostendit, non minorem ea operatione & potentia, qua Christum suscitauit. Quem euexit

21. *Supra omnem virtutem*. i. supra omnes Angelorum ordines Christum constituit. Et dedit, vt esset

22. *Caput supra omnem Ecclesiam*, antequam verbum esset homo, nō erat caput Ecclesiæ, quia non eiusdem naturæ. Quæ Ecclesia est

23. *Corpus ipsius*. s. Christus caput, corpus habere debet. *Et plenitudo*, corpore cōpletur caput, & corp⁹ capite, vt Oecum. ait, Hæc mystica cōpositio ex capite & membris constat. Vtrumque alterius est cōplementum, non secusatq; inhumano corpore.

**E**T vos, quidam cod. addunt conuiuificauit nos Christo. Quod si sequimur, vt sequitur Hieron. cum eo in 4. v. vocem, autē, dicemus redundare. *Cum essetis mortui*, seiuncti à Christo qui vita est.

2. *Secundum seculum*. Syr. secundum mundanam vanitatem mundi. *Secundum principem potestatis aeris*. i. dæmonum qui in aëre versantur. *Spiritus*, in genitiuo, pro spiritu. s. principem. *Qui operatur in filios dissidentie*, qui futuræ vitæ spem non habent. Aut filios inobedientiæ ἀπειθεία, dissidentiam & inobedientiam significat.

3. *Voluntatem carnis & cogitationum* facientes. i. desideria & peccata, tam carnalia, quàm spiritualia faciebamus.

*Eramus natura filij iræ*, non quòd natura talis sit creata, sed natura. i. à natiuitate propter Adæ peccatum. Iulianus Pelag. legebat eramus prorsus filij iræ, vt paruulos à peccato eximeret, & quoniam vox φύσις, id etiam significat. Verùm August. 6. contra eum cap. 4. ait non inueniri Latin. cod. qui non legat natura filij iræ. Et videtur naturam gratiæ opponere, quia subdit v. 5. gratia estis saluati, sic natura filij iræ perinde erit, atque ex nobis eramus filij iræ. i. obnoxij iræ & supplicio. Deus charitate.

4. *Qua dilexit nos*, qua, redundare videtur, nec est in Got. & sine ea currit oratio.

5. *Conuiuificauit nos Christo*. i. per Christum. Aut Christo nos sociauit. *Per quem estis saluati*, repente à prima persona transit ad secundam. Syr. in prima perstat. Goth. gratia salui facti sumus.

6. *In Christo*. i. per Christum. sic v. 7. confedere facit in gloria.

8. *Gratia enim estis saluati*. Syr. & Goth. sumus.

9. *Non ex operibus*. s. legis. Aut loquitur de prima gratia, quæ gratis datur, non ob opera & merita.

10. *In operibus bonis creati*. i. ad opera bona, vt. s. ea faciamus. *Qua pręparauit*, seu pręcepit. Aut sic, pręparauit. i. occasionem, opportunitatem tribuit faciendi bona opera. Memores estote, quòd

11. *Dicebamini pręputium*. Sic Iudæi Gentes per ignominiam vocabant. *Circuncisio in carne*, sic à circuncisis vocabamini, sic vocat externam circuncisionem, vt à cordis circuncisione secernat.

12. *Alienati à conuersatione*. πολιτείας à republica ab institutis. Syr. gubernationibus. Israël. *Hospites*, extranei à testamentis & promissionibus. *Et sine Deo*, quomodo sine Deo, qui tot deos colebant? imò quia plures nullum habebant. Clemen. Alexand. in oratione ait, quia non re, sed nomine erant dij. Quidam in lignorum penuria Herculis statuam in ignem proiecit dicens: Ecce tertiumdecimum certamen, nunc pugna cum Diagona. Nempe Diagonas deos esse negarat.

14. *Medium parietem*. s. appositiuè, inimicitiam (sic Græc. & Got. non inimicitias) soluit Christus. *In carne sua*. i. per carnem suam.

15. *Legem mandatorum*. i. veterem, in qua 613. pręcepta numerantur. *Decretis*, noua lege euacuans. i. abrogans.

16. *Ambos Iudæos & Gentes*. *In vno corpore*. s. Ecclesia. *Inimicitias*. Græc. & Got. inimicitiam, s. quæ erat cum Deo, & inter Iudæos & gentes sua morte abstulit. *In semetipso*. Græc. quidam legunt ἐν αὐτῷ, sic noster legit, & significat morte sua. Alij ἐν αὐτῷ spiritu tenui, & refertur ad crucem, in ipsa cruce. Sententia non discrepat. Hieron. tamen hinc

**A**eam pronominis ambiguitatē notat. Nos nostram lectionem sequimur, quæ omnium Lat. cod. est.

17. *Ijs qui prope*. s. Iudæis propter promissiones & legem, pacem attulit, & Gentibus.

19. *Iam non estis hospites*. i. extranei. *Sed ciues sanctorum*, contra id quod dixerat ver. 12. alienati à republica, seu ciuitate Israël. i. sanctorum. *Domestici* familiares Dei, de eius familia. Superædificati.

20. *Angulari lapide*, qui necit vtrumque parietem Iudæos. i. & Gentes.

22. *In spiritu*. i. spiritualiter estis habitaculum Dei: Aut in spiritu. i. per Spiritum sanctum.

## CAPVT III.

**H**uius rei gratia, quia Gentes ad fidem voco. *Vinctus Christi*, vt martyr Christi. Quidam solæcismum hinc esse aiunt, necesse verbum vnde hic nominatiuus regatur. Sed præstat cum Syr. supple verbum sum. Ego sum vinctus. Quidam Hebraicè doctus putat esse Hebraismum & nominatiuū esse pro datiuo. q. d. mihi Paulo vincto notum factum est Sacramētum. s. huius rei gratia, nempe vt vobis euangelizem; atque redundare, quoniam positum in v. 3. Paulo durius hoc videtur. *Pro vobis gentibus*. s. vinctus sum, quia vobis prædico. Odij Iudæorum ea præcipua, & vinculorum causa.

2. *Audistis dispensationem*, seu ordinationem prædicandi Gentibus. *In vobis*, pro in vos eis vinctus. Hæc est dispensatio, de qua loquitur.

3. *Secundum reuelationem*. i. per reuelationem. *Notum factum est mihi Sacramētum*, mysterium occultum. s. Gentes vocandas.

4. *Prudentiam cogitationem*, iudiciū meum, quid sentiam in hoc mysterio, potestis ex nostris literis intelligere.

*Alijs generationibus non est agnitus*. Priores prophætæ aliquid de vocatione Gentium nouerunt & dixerunt, sed non ita perfecte sicut nunc. *In spiritu*. i. per spiritum, nempe sanctum, vt exprimit Græcus in Regia est reuelatum. Nimirum

6. *Gentes esse coheredes*. Hoc est mysterium. *In Christo*. i. per Christum, & per Euangelium.

7. *Secundum operationem*. ἐνεργειαν. i. per efficaciam virtutis eius sum. s. minister. Tum mihi est datum vt explicem.

9. *Sacramenti* quæ sit dispensatio. Græc. mysterij absconditi. *A sæculis*. i. omni tempore.

10. *Vt innotescat principibus*. i. Angelis qui in Ecclesia, vt in speculo contemplantur sapiētiam Dei prius illis ignotam huius mysterij.

12. *In confidentia per fidem*. Syr. per fiducia fidei illius. i. quam fides dat habemus ad Christum accessum.

13. *Ne deficiatis*, aut succumbatis ἐν ταπεινῶν. *In tribulationibus*. i. propter ea, quæ vinctus patior. *Quæ est gloria vestra*, gloriari potius debetis talem, & tam fortem habuisse Doctorem, Propterea Deo patri gratias ago, gratias ago.

**E**x quo omnis paternitas. Græcum πατριά, familiam, tribum & gētem significat, vt ps. 21. v. 28. adorate in cons. eius omnes familiæ, ibi est hæc vox Græca psal. 95. v. 7. afferte Domino patriæ. i. familiæ gentium. Vbi interpres Græcam vocē reliquit. Sic sensus, ex quo omnis familia & congregatio, omnes enim ab eo pendent. Sed & πατριά, paternitatē hoc loco significat. sic Syr. & Hieron. hinc, sic Damasc. de fide cap. 9. Tum paternitas pro principatu. Ergo rogo Deum, qui princeps & pater est, à quo princeps omnes in cælo & in terra, vt det vobis

17. *Incharitate*, pro, & sitis in charitate radicati, alioqui solœcismus esset. Vt sciatis,  
 18. *Qua sit latitudo*. Bernard. 5. de consid. Latitudo charitas, longitudo aternitas, sublimitas potentia, quæ est super omnia, profundum sapientia, inscrutabilia iudicia eius, eleganter. Sed nimirum per dimensiones geometricas significat perfectionem charitatis Christi, quoquo versus respicias. *Supereminētē scientiæ*. i. maiorem scientia & quàm cognosci possit, Christi charitatem esse ait.  
 20. *Qui potens est omnia facere*, iunge cum hoc illud, Secundum virtutem. i. per virtutem, quæ operatur in nobis. *Ipsi gloria*, pro, ipsi, inquam, sit gloria.

## CAPVT IIII.

**E**Go *vincit in Domino*. i. eius causa, obsecro vos, vt dignè ambuletis, seruantes

3. *Vnitatem spiritus*, non vult suos animis & opinionibus dissentire: sed vt idem sapiant.  
 4. *Vnum corpus*. s. sitis, neque in externis, neque in internis dissentiant. *In vna*, pro, in vnam spem vocationis, vt. s. eam assequamini.  
 5. *Vnus dominus*. q. d. seruate vnitatem, quia. s. vnus est Dominus. *Vnicuique*, cum sit vnus Deus varia dona dat; neque tamen ea dissensionis causa esse debent.  
 8. *Captiuitatem duxit*. psal. 67. v. 19. sed loquitur psalmus in secunda persona; Ascendisti in altum. Quod Paulus in tertiam transtulit. *Captiuitatem*. Quæ est hæc captiuitas? mors, diabolus. Aut homines, qui captiui tenebantur, liberos in triumphum duxit. Præterea dedit dona. s. varia. Quòd si ascendit, prius descendit.  
 9. *In inferiores partes*. i. in hunc mundum.  
 10. *Vt impletet omnia*. i. suos donis variis cumularet, aut impletet, quæ de eo scripta erant.  
*Et ipse dedit*, enumerat dona, quæ contulit. *Prophetas*. August. epist. 58. & 59. intelligit non prophetas veteres, sed qui Apostolorum tempore prophetabant. *Euangelistas*. s. qui Euangelium annuntiabant. Sic Pantænus Euangelista vocatur in Euseb. lib. 5. hist. c. 10. *Pastores & Doctores*. i. Episcopos, qui simul pascere & docere debent; ideò iungit Pastores & Doctores.  
 13. *In vnitatem fidei*. i. donec omnes conuertantur, erunt illi in Ecclesia gradus, aut vsque ad finem mundi, tunc enim ab omnibus cognoscetur Christus. *In vnam perfectum*. i. donec nos simus perfecti, aut Ecclesia perficiatur omnibus membris in vnum corpus reductis. *In mensuram ætatis*. i. vt Christus erat in ætate perfecta, sic nos erimus perfecti virtutibus Ecclesiæque ipsa. Quidam ex hoc loco colligunt nos surrecturos in ætate & statura, quam habuit Christus, certè Anselmus hîc & Prosper. lib. de gloria reg. quæ sanctorum. *In mensuram ætatis*. Syr. staturæ ἀλικία vtrumque significat. Vt iam  
 14. *Non simus paruuli*. Vides post Apostolos Pastores & Doctores relictos, vt sciamus vnde sit petenda diuini verbi interpretatio, ne ab hæreticis decipiamur. *Ad circunventionem*, pro, circunventionem erroris. i. circunuenti & decepti circunferamur. Sed crescimus  
 15. *In illo per omnia*. i. omnia nostra bona per illum augeamus ἀυξήσωμεν, pro quo noster crescimus dixit.  
 16. *Ex quo totum corpus*, sensus est, vt in corpore, si sit benè compactum & connexum, à capite defluit

**A** omnis virtus in membra, sic à Christo in nos, si charitate simus vniti. *Per omnem iuncturam subministrationis*. i. omnium membrorum connexionem ministratam. s. à Deo. Testor ergo, vt non ambuletis sicut infideles.

19. *Qui desperantes*, noster legit ἀμπροκότες vbi nunc ἀμλγκότες. i. indolentes sine conscientia remorsu se nequitia tradiderunt, tantundem valet, desperantes. Vos non ita didicistis.  
 20. *Si tamen illum audistis*. s. interius illum intelligentes.  
 22. *Deponere*, pro, deponite vos. Aut sic, deponere vos. s. æquum est veterem hominem.  
**B** 24. *Induite nouum hominem*. i. Christum, ad cuius similitudinem conditi sumus.  
 27. *Nolite locum dare diabolo*. i. calumniae aut calumniatori, ne cui occasio detur nostra vituperandi.  
 29. *Sermo malus*, σαπρός. i. spurcus, fœdus non procedat ex ore vestro. Sed qui sit *Ad ædificationem fidei*, noster legit τὴν πίστιν. i. fidei; eaque est vera & plena lectio, & Velef. eam affert. Nunc Græci cod. habent τὴν χάριν. i. ad ædificationem opportunitatis, pro, ad opportunitatē ædificationis. Sic nō nemo. Hieron. hanc lectionem hîc nostræ præfert.  
 30. *Nolite contristare spiritum*, si sordes. s. peccati animo suscipiatis. *In quo signati estis*, sigillati. *In diem redemptionis*. i. iudicij, tunc per notam inuictam. i. Spiritum sanctum in suis habitantem Christus suas oues cognoscer.

## CAPVT V.

2. **H**ostiam, Christus fuit sacerdos & hostia, hostiam se Christus dedit. Ergo diligite inuicem, vitia fugite.  
 4. *Quæ ad rem non pertinet*, aut pertinent, vt est Græc. & refertur ad omnia vitia superius posita. Syr. quibus non est opus. s. iis vt non decet vitiiis.  
 5. *Quod est idolorum seruitus*. Græc. qui est idolorum seruus. Sic vulgata Regia, noster pro ὅς ἐστιν ἰδωλολάτρης, vt nunc est, legit ὁ ἐστὶν ἰδωλολάτρης vocantur auari idolatriæ, quia in diuitiis spem ponunt, vt in Deo, sed & ambitiosi in honore spem ponunt. Ideò melius, vt suppleatur cōiunctio. Et quod est idolorum seruitus, vt designetur nouum vitium. sic Syr. dixit: Aut idolorum cultor. Ad Galat. 5. v. 19. dixit luxuria, idolorum seruitus. Ad Colof. 3. vers. 5. & auaritiā, quæ est simulacrorum seruitus. Nemo vos seducat, propterea venit ira.  
 6. *In filios diffidentia*. i. incredulos, seu inobedientia ἀπίστεια vtrumque significat.  
 8. *Tenebræ eratis* pro tenebrosi, vt præputium pro infideli, peccatum pro peccatore 2. ad Corint. 5. nunc in Luce ambulate, virtuti studete.  
 10. *Probantes*, pro, approbantes, amplectentes, quod Deo placet.  
**E** 11. *Redarguite*. s. eos qui talia faciunt, qui in tenebris vitiorum ambulant, ne videamini probare.  
 12. *Quæ in occulto faciunt*, palam prauis, secreta peiora sunt, pudet illa dicere.  
 13. *Quod manifestatur lumen est*. i. in lumine το φανερόμενον. Participium medium actiue potest sumi: sic Syr. quidquid reuelat lumen est. Potest passiue, sic Hieron. & Græci.  
 16. *Redimentes tempus*. i. benè collocantes, sic Aug. serm. 24. de verbis Domini & 26. de verbis Apost. & hom. 1. & 10. inter 50. *Quonia dies mali*. i. breues, aut erumnis obnoxij, quæ bona opera impediunt:  
 18. *Implemini Spiritu sancto*. Vox, sãcto Græc. & Syris non est, nec in multis Lat. cod. sed benè suppletur.

19. *Loquentes vobismetipsis.* Syr. cum vobismetipsis. i. interius in cordibus, vt mox ait, psallentes in cordibus vestris.
23. *Ipsē saluator corporis eius.* s. Christus Ecclesiæ, aut vir vxoris, quia nutrit & regit eam. Vir est caput, ergo vxor corpus. Mulier igitur viro sit subdita, vt corpus capiti. Viri etiam vxores diligite, vt Christus Ecclesiam, qui pro ea se tradidit, mundans eam.
26. *Lauacro aquæ baptismo.* In verbo vitæ. i. forma baptismi Vox vitæ Græc. non est, nec Syr. neque in multis Latinis cod. suppleri tamen potest.
27. *Ipsē sibi,* mundans, Græcè ipsam sibi. Verum quidam Græci cod. pro *αυτῶν* habent *αυτῶν*. i. ipse. Afferunt Rober. & Velef.
29. *Nemo enim,* si suam carnem nemo odit, debent viri vxores diligere, quæ caro ipsorum sunt.
32. *Sacramentum,* mysterium hoc magnum est. Aliquid amplius significat. Ego de Christo & Ecclesia dictum accipio. Sub cortice latent mysteria.
33. *Verumtamen,* si illud erunt duo in carnē vnā, vt est Græcè, de Christo accipio, nihilominus viri id de ipsis dictum accipiant; vt diligant vxores. Sequuntur alia præcepta.

## CAP. VI.

2. **H** *ora patrem.* i. illi benefac. Primum in promissione. i. huic man. in decalogo primum adiecta est promissio bonorum illud seruantibus.
4. *Et vos patres.* Vos in Græco non est, neque in Got. Serui.
5. *In simplicitate,* sine simulatione & murmure serui obedite.
6. *Non ad oculum.* i. non in præsentia tantum. Heri.

- A 9. *Eadem facite illis.* s. seruis vos Domini. i. gerite vos erga illos, vt æquum est. *Remittentes minas,* seu iram, seu offensas.
10. *Confortamini,* estote fortes aduersus ingruentia.
11. *Armaturam Dei,* sumite virtutes Spiritum Sanctum.
12. *Aduersus carnem.* i. homines non est nobis colluctatio, caro pro homine. Iuxta illud Matth. 16. vers. 17. *Quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Sed contra spiritalia nequitia.* i. spirituales nequitias. *Dæmones in cælestibus.* i. quæ in aëre versantur, cælum pro aëre. Syr. cum spiritibus malis qui sub cælo sunt. s. est colluctatio.
- B 13. *Et in omnibus perfecti,* quidam: Et omnibus perfectis, aut confectis (i. sumpta armatura omni *παιόπλα*) stare. i. vincere sic Græc. Cypr. lib. 4. epist. 6. vt, cum omnia perfeceritis, stetis. Succinti lumbos.
14. *In veritate,* quia libido inter vitia præcipuè succum facit; laruam detrahe.
15. *In preparatione.* s. vt sitis parati ad pugnandum pro Euangelio pacis.
17. *Galcam salutis.* i. salutarem, nempe verbum
18. *In omni instantia,* seu perseverantia *προκατεπίστη*, vigilate & orate pro me, etiam vt detur mihi loqui.
14. *In apertione oris mei cum fiducia.* i. vt aperiam os, & loquar magno, & forti animo.
- C 20. *Pro quo legatione.* i. pro quo Euangelio, & eius promulgatione mihi delegata, hac catena vincetus sum.
21. *Tychicus.* Vnus erat è Septuaginta, & Paulum fuerat comitatus Act. 20. v. 4. & Romam cum eo venisse videtur. Nunc cum hac epistola Ephesum remittitur.
24. *In incorruptione.* i. incorrupta sit gratia & perpetua, absque corruptione, vt Syr. habet sit. s. gratia, quam vobis opto, & qua vos saluto.

EPISTOLA AD  
PHILIPPENSES.

## CAPVT PRIMVM.



**P** *Aulus & Timotheus,* iungit Timotheum sibi in epistolis, quas Romæ vincetus scripsit, vt auctoritatem illi conciliet, & vt beneuolentiam erga eum ostendat. *Sanctis qui sunt Philippis.* Vrbs Macedoniæ, quam Alexandri pater Philippus ereptam Illyriis, & à se instauratam Philippos vocauit. Ante vocabatur Crenida, Dathus etiam vocabatur. Diues auri venis, vnde ipsi mille talenta annua auri. Sic prouerbium *δύσος ἀγαθῶν*, ob eius felicitatem. *Cum Episcopis.* In vna vrbe plures Episcopi non sunt, sed presbyteros vocat Episcopos, vt Act. 20. v. 28. Ephesiorum presbyteros sic vocauit. Ita Syr. pro Episcopis hinc presbyteris posuit. *Et diaconibus.* Inflectitur diaconus & diacon in secunda & tertia declinatione.

3. *Gratias ago.* i. semper vestri memoriam habens

D ago Deo gratias ob communicationem, i. beneficentiam vestram. *In Euangelio.* Græcè in Euangelium. i. Euangelij ministros aut cultores. Seu per communicationem intellige participationem in Euangelio cum aliis nationibus. *A prima die.* s. vestræ conuersionis vsque nunc.

6. *Confidens hoc ipsum.* i. præterea confido, quod in hoc ipso perseverabitis. *Vsq̄ in diem Christi.* i. diem mortis aut iudicij.

7. *Sicut est iustum.* De bonis bene sentire æquum est. *Eo quod habeam vos socios gaudij mei,* quod. s. concipio ob vestram amicitiam & communicationem. *Omnes vos esse,* vox, esse, videtur redundare.

8. *Tessis est Deus, quomodo cupiam.* i. amen vos omni. s. sic Syr. *In visceribus Christi.* i. amicitia, quæ propter Christum est. Oro vt abundetis.

9. *In scientia & in omni sensu.* i. prudentia. Vt probetis & approbetis potiora, & eligatis. Quod ad me